

et benignitati. Quid quod fit sine amore et
deuotione: non est placitum deo nec sanctis eius.
Ex suis efficitur homo pauper et ex diuicijs
efficitur diues: ergo diuina debet homo dili-
gere et alia contempnere. Quid est magis quam
scire esse gratum beneficij dei et scire reprehen-
dere se de malis proprijs. in hac scola uellem
studuisse ab inicio mundi et studere usque
ad finem mundi. si tamen uixissem et victurus
essem scilicet in consideratione et commendatione
beneficiorum dei et in consideratione et reprehensio-
ne maleficiorum meorum. tamen si defectum ha-
berem in reprehensione mei de maleficijs meis
nullum defectum habere in consideratione dei.
uides quod ioculatores et mimi commendant mi-
ro modo eos qui dant eis unum cuniculum uestimē-
ti. Quid enim debemus facere domino deo nos-
tro? Multum deberes esse fidelis illi qui uult
te liberari ab omni malo et tribuere tibi omne
bonum.

De humilitate

Nemo potest venire in cognitionem dei.
nisi per humilitatem. via eundem furtum est
ire deorsum. Et omnia pericula et omnes casus
magnum qui acciderunt in mundo non nisi pe-
leuatione capitis acciderunt sicut patet in illo qui
fuit creatus in celo et in adam in phariseo.

euāgelico ⁊ multis alijs . et magna bona
q̄ facta sūt ppter flexionem capitis euene
rūt ut patz in beata virgīe et ī publicano
⁊ in sācto latrone ⁊ ī multis alijs . nō posse
m? nos habere vnā molem ḡuem q̄ face
ret nos semp capita incliare . tūc dixit ei q̄
dā frater quō possem? nos fugere istā
supbiā . ⁊ ille laua m̄de tibi man9 . vbi po
sueris os ibi tene pedes . si consideres benefi
cia dei debes incliare caput tuū ⁊ si os idēs
peccā tua debes caput tuū silititer inclinare
⁊ aut illi q̄ querit de sua malicia honorari
Vnde ḡdus huilitatis in homine est cog
noscere se esse semp contrarium bono suo
Ramum etiam huilitatis reputo reddere
aliena non sibi appropinq̄re ea hoc ē oīa
bono deo attribuere cuius sunt . sibi attri
buere mala sua . **B**eatus ille qui ita vilē
se reputat coram hominibz sicut vilem se
eē inuenit corā deo . **B**eatus ille qui iudi
cat seipsum modo qz non viuet ad iudiciū
Beat9 q̄ ambulat fidelit̄ ad iudiciū ⁊ obe
diētiam alteri? hoc enī fecerūt apli etiā p9
q̄ spū sācto fuerūt repleti . q̄ vult pacē ⁊
tranq̄llitatē habere dz oēm hōēz supiore
suū reputare . **B**tūs ille q̄ nō vult videri

fuis verbis et moribus nisi in illa compositione
in qua diuina gratia composuit eum. **B**eatus
qui scit conseruare et abscondere reuelaciones
dei quod nichil occultum quod non reuellet deus
quam placeat sibi. **S**i quis esset sanctorum homo
de mundo et reputaret se maiorem peccatorem
de mundo in hoc esset humilitas. humilitas
nescit loqui et patientia non audet loqui. humili-
tas videtur michi esse sicut fulgur. sicut e-
nim fulgur facit percussiones terribiles et per
modum nichil potest inueniri ex eo sic humi-
litas dissipat omnem malum et est inimica omni
peccati et facit homines nichil se reputare. per hui-
litate inuenit homo gratiam coram deo et pacem cum
proximo. **S**icut rex quis magnus si vellet
mittere filiam suam ad aliquem locum non pone-
ret eam super equum non domitum superbum et cal-
citrosum sed super equum mansuetum suauiter am-
bulantem. sic deus non ponit gratiam suam in su-
perbis sed in humilibus et in mansuetis

De timore domini

Timor domini sanctis omnem malum ti-
morem expellit et custodit illa bona
que non possunt lingua exprimi nec etiam cogi-
tari quod timorem domini habere maximum do-
num dei est nec omnibus datum. **Q**ui non